



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Honestate Canonicoꝝ, Et Alioꝝ
Ecclesiasticorꝝ Specvlꝝ**

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

Anne priuilegio exemptionis Canonici & alij Clerici disciplinam a se diutius
arcere possint. cap.v.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63733)

hæc a Sede Apostolica Delegato, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat; ut mox infra latius dicitur.

Ann. privilegio exemptionis Canonici & alij clerici disciplinam à se diutius arcere possint.

CAP. V.

Quoniam privilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, hodie perturbacionem in Episcoporum iurisdictione, & exemptionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur, statuit, & decrevit SS. Tridentina Synodus, ut omnes Prelati, qui ad corrigendum subditorum excessus diligenter intendere debent, & à quibus nullus clericus per huius sanctæ Synodi statuta, cuiusvis privilegij prætextu tutus censeatur, quò minus iuxta canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi possit, si in ecclesiis suis resederint, quoscumque seculares clericos, qualitercumque exemptos, qui aliàs suæ iurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tanquam ad hoc Apostolicæ Sedis Delegati, corrigendi, & castigandi facultatem habeant, quibus etiamque exemptionibus, declarationibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordiiis, quæ tantum suos obligent auctores, ipsi clerici, ac eorum confanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibilibet ipsorum exemptorum contemplacione, vitæ tantum minime suffragantibus.

Capitula autem cathedralium, & aliarum maiorum cathedralium, illorumque personæ nullis quoque exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordiiis, quæ tantum suos obligent auctores, non etiam successores, tueri se possint, quò minus à suis Episcopis, & aliis maioribus Prelatis per se ipsos solos, vel illis quibus sibi videbitur, adiunctis, iuxta canonicas sanctiones toties quoties opus erit, visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolica possint & valeant.

A a a iij

Quan-

a Concil. Trid. sess. 6. de refor. cap. 3.

*Exemptionum utilitas.
b concil. Trid. sess. 14. de refor. cap. 11.
c sess. 14. de refor. cap. 4.
Nullus clericus à Prelati sui iurisdictione exemptus censendus est.
d c. irrefragabili. de officio ordinari.*

Capitula cathedralium à suis Episcopis visitari & corrigi possunt.

d Concil. Trid. sess. 6. de refor. cap. 4.